

1629

A S C E T I C I

1630

taphys. Phyc. de Coelo et Mundo, de Generatione et Corruptione, de Anima, de Sensu et Sensato, de Memoria et Reminiscencia, de Somno et Vigilia &c. citatis etiam Averrois et Themistii Commentariis. Item Excerpta Senecae, Boethii, Platonis, Apuleji, et ad calcem: *Iste liber nuncupatur flores philosophiae.* Ejusmodi Flores sive *Auferitates* non semel sub Typographiae primordia prelo proditae sunt.

*Joh. Alex. Brassicanus* Ictus noster, a quo ad *Joh. Fabrum* Codex iste devolutus est, cum in aditu, tum fol. 96. 132. et 133. quaedam de *Cyrillo* adnotavit partim *Anastasi Bibliothecarii*, partim sua, e quibus tamen hodie parum proficias.

DCLXXXIX.

R. 3149

Codex membraneus germ. Sec. XIV. Folior. 70. 4. min. caractere atro luculento perscriptus, coloribus illustratus et quondam Collegii Canon. Regular. ad *S. Dorotheam*, cui donaverat *die edel fraw Barbara Schewrbekchin vnser Schwester*, continet Mystica quaedam *M. Echardi, Eccardi, Eckharti, Aicardi O. P.* (addit *Trithemius n. 537.* ut quidam volunt) variis Scriptis celebris, e quibus excerpti Articuli damnati sunt a *Johanne XXII.* a. 1319. et ab *Academia Heidelberg.* a. 1430. ut videre est apud *Trithem. cit.* et in *Annalib. Eccl. Odor. Raynaldi T. XV.* item in *Scriptt. O. Praed. T. I. p. 507.* quos tamen *Demis Codd. Theol. V. II. P. II.*

ante mortem in *Austria* intra a. 1309—19. obitum revocavit. Enumerat Scripta illius *Trithemius*, quae tamen hic vernacula habentur, in ejus censum non venere; fieri vero potest, ut habeantur in Edit. *Sermonum germ. Joh. Tauleri* alterius famosi ex eodem Ordine Mystici *Eccardo* multum adfecti *Basileae 1521.* f. quam recenset *Frextagius T. II. Appar. lit. p. 1085.* et *J. Jac. Beck* in *Disput. de Joan. Tauleri Dictione vernacula et mystica. Argent. 1786. 4.* testaturque, in ea *Eccardi* varia *Taulerianis* addita, quin immixta esse. At vero Editio illa ad manum mihi non est. Superest igitur, ut in Codice praesenti contenta indicem. Inscriptio miniata est: *In dem namen gotes vnd seyner muter marien. hebt sich an daz buch daz da geschriben hat ein schuler der haist iohan. der edelen wrauen ver gedrawtten, Daz sint di predige di da gemacht hat bruder Echart eyn maister von paris.* 1) Sermo in illud: *Virtutes celorum mouebuntur*, quo docetur Deus cum toto coelo immigrare in piam Animam. Initium: *Dyße wort spricht vnser herre in dem ewangelio. Vnd beduten sich also. Di crefte der himel werden sich bewegen &c.* 2) Dialogus brevis inter Magistrum et Discipulum de Signis Homini divini. *Eyn lere wi man muge erkennen den gotlichen menschen.* Initium: *Ez vraget ein iunger synen maister in der schul der gotheit &c.* 3) Qua ratione Pater, Filius et Spiritus s. trahant Animam. *Der vater*

K k

vater

1631

CODICES A

1632

vater vnd der son vnd der heilig  
geist cziben di sele. Initium: *Nemo potest ad me venire nisi pater meus traxerit eum. Dese wort hat gesprochen vnser herre mit sinem sozen munde &c.* 4) De Animae dignitate. Surge illuminare ierusalem. Dese wort di spricht der heilige wiffage her isayas. Vnd di bedeuten sich also. Stant vf vnd wirt erluchtet &c. 5) De sensu Spiritualium. Daz man geistliche dinc nicht vernimt. Initium: *Waz maynet aber daz. daz noch der selben lichte so vil ist &c.* 6) De Animae puritate. Nu nim ich wider die rede zu handen von der luterkeit &c. 7) De intuitione Dei. Wer kommen welle zu siner höchsten geist edelkeit. vnd zu der anschowunge dez obersten gutes &c. Multa in hoc Tractatulo de diuina Essentia et Trinitate, de unione Animae cum Deo, de Vitae piae studio articulatum congesta. Atque hic video Matronam illam in Titulo supra nominatam ab ipsomet Autore compellari fol. 17. p. 2. *Vrawe ver gedraut*, unde conjicio, saltem istum Tractatulum non posse esse *Magistri Eobardi*, sed pertinere ad ipsum *Jobannem*, quem *Taulerum* puto; neque obstat, quod se, ut supra vidimus, *Discipulum (Schuler)* vocat; modestum enim ejusmodi vocabulum subpresso proprio nomine etiam sibi ante *Sermones* suos saepenumero editos imposuit *Jobannes Herolt* ejusdem Ordinis Praed. et *Taulero* subpar. Quod vero ad Matronam dictam *Ver getraut* adtinet, eam ad inferiorem *Rbe-*

num aut in vicina *Hollandia* coluisse censeo, ubi non infrequenter Cognomina a *Ver*, quod est contractum *Van der*, inchoant, ut *Vereicken*, *Vermander*, *Vermeulen* &c.

Fol. 21. p. 2. titulo ab alia manu adjecto: *Hie ist anfankch des pueches von den waren tugenden daz gemacht hat der grozz mayster albrecht*, sequitur Versio *Alberti M.* pariter Ord. Praed. de *veris Virtutibus*, seu, ut T. XXI. Opp. edit. Lugd. 1651. f. inscribitur, *Paradisi Animae*, hoc initio: *Etlich syten glichen sich den tugenten so sere. daz man si fur tugenden hat. so si völiche untugenden sin. &c.* Ad calcem: *Nu hat daz buch vnd mein schrift ein ende. Ihesus marien kint enphabe vns in deine hende. Mich vnd di edelen vrawen ver gedrauten. Wen wir von dirre valschen werlde varen. Amen amen amen. dez helfe vns maria di reime. Di ein muter vnd ein iunvrawe ist alleine.* Sequitur capitulum Index cum aliquot Rhythmis et iterata Scriptoris commendatione, quibus accedit ab alia nitida manu Initium *Evangelii S. Jobannis*, geminaeque *Precatiunculae*, omnia vernacule. Multis ad Theologiam mysticam facientibus *Vocabulis Glossarium Theoticum*, praesertim e priore Codicis parte, ditari posse, dubio vacat.

DCXC.

Codex maximam partem membraneus lat. Sec. XIV, Folior.

211.